MAGISTER Frater Petrus de Rojas Prouintiæ Caſtellæ de obſeruantia, Ordinis D. Patris noſtri Auguſtini Prouincialis,& Prouinciarum eiuſdem ordinis in partibus Indiarum Vicarius generalis, licèt indignus, Magiſtro Fratri Petro de Aragon in Salmanticenſi Academia publico,ac proprio profeſſori, ſalutem. Cùm ſecundam partem commentariorum in Secundam ſecūdæ D. Thomæ aſsiduis lucubrationibus elaboratam in lucem prodere cupias,& cura paſtoralis officij exigat,vt his,alijſq; quibus poterimus rationibus Chriſtianæ reipublicæ inſeruiamus, nec liber iſte paruo emolumento illi ſit futurus:eum poſt obtētam ſenatus Regij facultatem,typis vt mandes per præſentes literas concedimus.Quod vt diligentiùs exequaris,atque libentiùs,nec obedientiæ meritum tuo pio deſit labori, iniungo tibi præceptum ſalutaris obedientiæ: & eiuſdem tenore mandati præcipio,nemo vt auſit ex noſtræ Prouintiæ Fratribus,tibi eſſe impedimento, aut huic copiæ quam tibi indulgemus quoquo modo contrauenire. In cuius fidem has noſtras literas ſigillo noſtri ordinis munitas,& manu propria conſcriptas dedimus in noſtro cœnobio Sancti Philippi Madriti, die 10. menſis Martij. 1589.

F. Petrus de Rojas
Prouincialis.

CLA-